Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).



Quelle:
Copyright:





" buitur. Extat aliud ejusdem argumenti opuscu-
" lum apud Chiffletium in Manuali Solitariorum,
" de quadruplici exercitio cellæ, sub nomine alterius
" Guigonis ad Priorem et Cartusienses Wittehamen-
" ses: ubi quatuor cellæ exercitia explicantur,
" tria quidem prima eadem quæ hic, nempe lectio,
" meditatio, oratio; sed quartum, actio pro contem-
" platione, quæ præfertur in hoc tractatu, cujus
" inscriptio sic se habet in codice Coloniensi."
Hæc Mabillonius. Præsens itaque tractatus, quem
in prædictis editionibus epistola Guigonis ad
Gervasium fratrem præit, passim ab eruditis
Guigo Carthus. Guigoni Carthusiæ majoris Priori, qui obiit
anno 1188, adjudicatur. In codice autem
nostro hæc epistola, uti et maxima pars ca-
pitis octavi, et sequentium desiderantur.

II.

Liber de dictis, et doctrina SS. Liber de dictis, et doctrina Sanctorum. Ti-
tulus, qui simul vices præfatiunculæ subit,
133a–149a est: " Incipit pius libellus, in quo de dic-
" tis Sanctorum et doctrina et maxime Sancti
" thome recollecta sunt quedam comunia
" et grossa pro novis predicatoribus et fratri-
" bus simplicibus quorum capacitas se non ex-
" tendit ad subtilia et majora que etiam
" scire et habere necessarium valde est, et
" in promptu tenere cum sint quasi rudimen-
" ta theologie et frequenter occurrant, et
" seculares de hys plures faciant questiones.
" Sumitur autem principium a gracia, quedam
" esse spirituale" etc. Totum constat capitibus